

ta insignis hic Dei Servus pro nomine Domini nostri Jesu Christi pertulisset, quantoque cum proventu (Domino incrementum dante) per incognitas nationes verbum ejus disseminasset, exposuisset; commemoratis etiam instantis, quae coram dicto Gregorio Praedecessore tum a Rege Catholico, tum ab aliis etiam Reipublica Christiana Regibus, & Principibus fiebant, cum singulorum sententias requisisset, omnes uno ore benedicentes Deum, qui honorificantes se glorificat; Servum ejus Franciscum Xaverium canonizandum esse, atque inter SS. Confessores adscribendum censuerunt. Quorum omnium audito consensu, exultavit in Deo saluti nostro, gratias agens ei, qui est gloria virtutis nostrae, in cuius beneficio contra omnes adversarias potestates exaltatur cornu nostrum, qui Ecclesiam suam in diebus istis hoc lumine illustrare, ac novo patrocinio munire dignatus esset. Canonizationis itaque publicavit diem infrascriptum: eosdemque Fratres, & Filios nostros paterna charitate monuit, ut bonis operibus inhaerentes, precarentur Deum misericordiarum, ut super eos sereno vultu respicere, & eorum actiones ad voluntatem ejus perficiendam dirigere dignaretur.

§.7. Demum, peractis omnibus, quae ex sacris constitutionibus, ac Romana Ecclesiae consuetudine peragenda erant; quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno secundo, in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica, cum eisdem Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Romanae Curiae Praelatis, Officialibus, Familiaribus suis, Clero saeculari, & regulari, maximaque populi frequentia, convenit. Ubi, repetitis pro canonizationis decreto, nomine ejusdem charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholicae dilectio filio nostro, tunc suo, Ludovico tituli Sanctae Mariae Transpontinae Cardinali Ludovico nuncupato, ejus secundum carnem nepote, per Julium Zambeccarium Advocatum praedictum petitionibus: decantatis sacris precibus, ac Litanis, & Spiritus Sancti gratia humiliter implorata, ad honorem Sanctissimae, & individuae Trinitatis, Fidei Catholicae exaltationem, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac sua, de eorumdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia praesentium consilio, ac unanimi consensu, gloriose memoriae Franciscum Xaverium, de cuius vitae sanctitate, fidei sinceritate, ac miraculorum magnitudine, ac frequentia, plene constabat, Sanctum esse definivit: & in SS. Confessorum Catalogo adscribendum esse decrevit, & adscripsit: illumque ab universis Christifidelibus tanquam vere Sanctum honorari, ac venerari mandavit.

§.8. Ac, ut ab universalis Ecclesiae in ejus honorem Ecclesiae, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, adificari, & consecrari; & singulis annis, die secunda

Decembris, qua ad caelestem gloriam vocatus est, ejus officium, ut de sancto Confessore, ad praescriptum Romani Breviarii celebrari possit, statuit.

§.9. Eademque auctoritate omnibus Christifidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui singulis annis eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum accederent, unum annum, & unam quadragenam; iis vero, qui in eisdem Festi octava, 40. dies de injunctis poenitentibus misericorditer in Domino relaxavit.

§.10. Postremo, gratis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum suum in conspectu omnium gentium honorificasset, ac tam insigni splendore Ecclesiam suam decorasset; cantata in sancti Francisci honorem solemnium sanctorum Confessorum oratione; ad altare Principis Apostolorum Missam celebravit, cum ejusdem S. Confessoris commemoratione: omnibusque Christifidelibus praesentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam elargitus est.

§.11. Ne autem de definitione, decreto, adscriptione, mandato, statuto, relaxatione, aliisque praemisissis (pro eo quod super illis ipse Gregorius Praedecessoris litterarum, ejus superveniente obitu, consecrata non fuerunt) valeat quomodolibet hesitari; Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod definitio, decretum, adscriptio, statutum, relaxatio, impartitio, aliaque praemissa, a dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipse Gregorius Praedecessoris litterarum sub Dat. ejusdem diei consecrata fuissent; prout superius enarratur: Quodque praesentes litterae ad probandum plene definitionem, decretum, adscriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, & alia praemissa, ubique sufficient; nec ad probationem alterius adminiculum requiratur.

§.12. Caterum, quia difficile foret, praesentes nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si essent exhibita, vel ostensa.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Octavo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno I.

Ego Urbanus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Dec. officium recitari posse statuit.

In die Festo ejusdem Indulgentiam concessit.

Postremo Missam cum Sancti Francisci commemoratione fecit, & Indulgentiam populo fuit elargitur.

Hujus rei testimonium hic literis perhibetur.

Transumptis danda fides.

Sanctio penalis.

Dat. die 6. Augusti 1623. An. I.

Papa.

& Carid. subscriptiones.

Ego

Ego Hippolytus Sanctae Mariae Nova. Diaconus Cardinalis Aldobrandinus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius.

Ego A. S. R. E. Diac. Card. de la Cueva.

Officiali Curiae Ecclesiasticae Xanctonenis committitur unio Monasterii B. Mariae de Castellariis Ordinis Cisterciensium, eiusdem Xanctonen. Diocesis Domui Parisiensi Congregationis Oratorii.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectio filio Officiali Xanctonen. salutem, & apostolicam benedictionem.

EX debito pastoralis officii nostri, meritum licet imparibus, superna dispositione commissi, ad ea nostra sollicitudinis studium libenter convertimus, per quae fidelibus quibuslibet, praesertim vero Ecclesiasticis, in suis necessitatibus cum divini cultus augmento valeat congrue subvenir.

§.1. Cum itaque Monasterium Beatae Mariae Virginis de Castellariis, vulgo dos Chastelliers nuncupatum Cisterciensium Ordinis Xanctonen. Diocesis, quod dilectus filius Ludovicus de Meranvillier Presbyter Ebroyen. Diocesis Magister in Theologia in Commendam ad sui vitam ex concessione apostolica nuper obtinet, Commenda hujusmodi ex eo, quod dictus Ludovicus illi hodie, ac omni, & cuicumque juri, & actioni sibi in dicto Monasterio, illiusque regimine, & administratione, vel ad illa quomodolibet competere, per dilectum filium Joannem Marchant Clericum Picta-ven. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte, & libere cessit; Nosque cessionem hujusmodi duximus admittendam, cessante adhuc eo, quo ante Commendam ipsam vacabat, modo vacare noscatur ad praesens.

§.2. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Petri de Romilla Generalis, & Presbyterorum Congregationis Oratorii Domini nostri Jesu Christi petitio continebat, dictum Monasterium quadraginta annis, & ultra cum ejus Ecclesia, & omnibus adificiis necessario haereticorum tum in illis partibus impone graffantium ausu penitus dirutum, & solo aequatum, ac Religiosis destitutum existit, & ab eo tempore divina officia minime celebrantur, & ob haesum in illa Provincia late disseminatam, ac Oppidi Rupelle dictae Diocesis vicinitatem nulla spes asfulget, quod dictum Monasterium in primævum statum restitui possit, & etiam si restitueretur, nihilominus continuis haereticorum injuriis expositum remaneret.

Ego Dominicus tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Gymnasium.

Ego M. tit. Sanctorum Quirici, & Juliae Presb. Card. Lantes.

Ego P. tit. SS. Nerei, & Achillei Presb. Card. Crescentius.

Ego A. tit. S. Petri in Vinula Presb. Card. Capponius.

Ego G. tit. Sanctae Crucis in Jerusalem Presb. Card. Borgia.

Ego Tib. tituli Sanctae Priscae Presbyter Cardinalis Mutus.

Ego Rob. tit. Sancti Alexii Presb. Cardinalis Vbalduus.

Ego Julius tit. Sanctae Sabinae Presbyter Cardinalis Sabellus.

Ego Guido tit. Sanctae Mariae de Populo Presb. Card. Bantivolus.

Ego Julius tit. S. Mariae super Mineram Presb. Card. Roma.

Ego F. Desiderius tit. S. Clementis Presb. Card. de Cremona.

Ego Cosmus tit. S. Pancratii S.R.E. Card. de Torres.

C. S. Nicolaus in Carcere Diac. Card. Pius.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

T

Supé

In ejus honore Ecclesias, & Altaria adificari, & consecrari, & die.

Ex Reg. in Secret. Brov.

Procurium.

Vacans Monasterium de Castellariis ob resignationem Abbatis Commendatum.

Quod ab haereticis dirutum, & destitutum, quod ecclesiam crearet minime.

Refert Pii  
Papa V. Con-  
stitutionem.

Confirmatio-  
nem Pontifi-  
cium, qui ei  
succederunt.

curabimus custodire, sed etiam aliis per-  
petuo observari debere, statuimus.

§.1. Dudum siquidem a felicis recorda-  
tionis Pio Papa V. Prædecessore nostro lite-  
ræ tenoris sequentis emanarunt: Pius  
Episcopus Servus Servorum Dei. Ad per-  
petuam rei memoriam. Admonet nos su-  
cepti cura regimini, prout loco est. Sic.

§.2. Quæ quidem Constitutio veluti  
optima, & ad conservandam S. R. E. Juris-  
dictionem, & dignitatem plane salutaris  
approbata, confirmata, & innovata fuit ab  
eis, qui eidem Pio V. successerunt, reco-  
lenda memoria prædecessoribus nostris  
Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., In-  
nocentio IX., qui etiam de fratrum suorum  
tunc S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu  
declaravit, eadem Constitutione prohibi-  
tum fuisse, & prohiberi omnem, & quam-  
cumque infundationem, ac alienationem  
Civitatum, Terrarum, Oppidorum, &  
Locorum Sedi Apostolicæ tam mediate,  
quam immediate subjectorum, non solum  
ne fiat, neve attentetur post eorum devo-  
lutionem, sed etiam antequam Civitates,  
Terræ, Oppida, & Loca prædicta devol-  
vantur, ac omnem, & quamcumque in  
perpetuum, vel ad tempus prorogationem,  
ac extensionem infundationum, investitu-  
rarum, & concessionum de dictis Civitati-  
bus, Terris, Oppidis, & Locis finitarum,  
quarumque incorporationem, quoad effe-  
ctum impedienda infundationis, alienatio-  
nis, prorogationis, & extensionis hujusmodi,  
non a die eorum devolutionis, sed a die ipsius  
Constitutionis, etiam antequam illa devol-  
vantur, ipso jure cum omnibus clausulis,  
& decretis in prædicta Constitutione con-  
tentis, Camera, & Sedi Apostolicæ factam  
censeri: adjecto etiam decreto, & declara-  
tione, ut promissio, & juramentum præsti-  
tum, & præstandum de servanda ea Pii Præ-  
decessoris prædicti Constitutione per ipsum  
Innocentium, & successores suos Roma-  
num Pontificem, ac prædictos S. R. E. Car-  
dinales intelligatur de ipsa Pii V. Præde-  
cessoris Constitutione per eum, ut supra decla-  
rata, & secundum hujusmodi declaratio-  
nem, eandem Constitutionem ad unguem,  
& inviolabiliter observari oportere, & de-  
bere, sicuti etiam se servaturum esse pro-  
misit, ac sancte, & solemniter juravit,  
prout in eisdem Innocentii prædecessoris  
sub dat. pridie nonas Novemb. Pont. sui  
anno 1. expeditis literis latius continetur.  
Subinde vero a Clemente VIII., & novissi-  
me a Paulo V. Romanis Pontificibus, &  
Prædecessoribus nostris, juxta eandem In-  
nocentii IX. declarationem confirmata, ap-  
probata, & innovata fuit.

Eamque se  
spondet serva-  
turum.

§.3. Quare Nos, cum primum ad Aposto-  
licæ dignitatis gradum, divina providentia,  
vocati sumus, id ipsum ad exequendum no-  
stri pastoralis officii debitum præcipue per-  
tinere existimantes, præsertim Pii Præde-  
cessoris literas, ac omnia in eis contenta  
etiam juxta declarationem prædictam per  
ipsum Innocentium prædecessorem factam,  
ac desuper confectarum literarum conti-

nentiam, & tenorem, quem pariter præ-  
sentibus haberi volumus pro expresso, ac  
ad verbum inserto, auctoritate apostolica  
tenore presentium comprobamus, confir-  
mamus, innovamus, easque firmiter, &  
inviolatè, ac juxta declarationem prædi-  
ctam, Nos similiter servaturos esse promit-  
timus, & juramus, atque per eos, ad quos  
spectat, pariter perpetuo observari præci-  
pimus, & mandamus.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostrorum comprobationis,  
confirmationis, innovationis, promissio-  
nis, juramenti, præcepti, & mandati in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire.  
Si quis autem hoc attentare præsumperit,  
indignationem omnipotentis Dei, ac Beato-  
rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se-  
noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Major-  
rem, Anno Incarnationis Dominicæ mil-  
lesimo sexcentesimo vigesimo tertio, pridie  
Kalendas Octobris, Pontificatus nostri  
Anno I.

Clausula.

Dat. die 30.  
Septembris,  
An. I.

VII.

Castra ad Monasterium Farfense aliàs spe-  
stantia, & Camera Apostolicæ quoad tem-  
porale Dominium addicta regimini Gu-  
bernatoris a Rom. Pontifice eligendi  
subiiciuntur.

Ex Regest. in  
Secret. brev.

Hæc Castra Camera Apostolicæ uni vix Sixtus  
Papa V. Constituit. XL. Tom. IV. Par. III.  
fol. 220. & quomodo Gregorius XIV. Mo-  
nasterio Farfensi restituerit, Innocentius  
tamen P. IX. unionem a Sixto V. factam  
innovavit Constituit. IV. Tom. IV. Par. III.  
fol. 329.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo militantis Ecclesiæ folio, per  
abundantiam divinæ gratiæ constituti, &  
ad decorem Terrarum, & Locorum Dition-  
is nostræ temporali ampliandum, illum-  
que hominum, & Incolarum statum salu-  
briter dirigendum, paternis studiis inten-  
dentes, ea, quæ propterea opportuna esse  
comperimus, libenter impertimur, prout  
rerum, temporum, & personarum qualita-  
tibus diligenter pensatis conspiciamus salu-  
briter in Domino expedire.

Exordium.

§.1. Aliàs siquidem fel. rec. Sixtus Pa-  
pa Quintus Prædecessor vacantibus tunc  
Monasteriis, Abbatis nuncupatis, Beata  
Mariæ Farfense. Nullius, & Sancti Salvatoris  
de Scantilla Sabinen. Diocesis insimul uni-  
tatis per obitum bon. mem. Alexandri Car-  
dinalis Farfensis, qui illa in Commendam  
ad sui vitam ex dispensatione, & concessio-  
ne apostolica, dum viveret, obtinebat, om-  
nia, & singula Castra in Statu Ecclesiastico  
sub temporali dictorum Monasteriorum Ju-  
risdi-

Sixtus PP. V.  
Castra ad Mo-  
nasteriū Far-  
fense spectan-  
tia, quæ in  
Statu Eccle-  
siastico sunt,  
quoad Jurisdi-  
ctionem, &  
fructus tempo-  
rales Camera  
Apostolicæ u-  
nivit, ac sub-  
jecit.

Capta autem  
eorum posses-  
sione, ad eor-  
undem regi-  
men nonnulli  
Officiales fue-  
runt constitu-  
ti.

Gregorius ve-  
ro XIV. hujus-  
modi Jurisdi-  
ctionem Ab-  
batibus resti-  
tuit.

Sed Innocen-  
tius Papa IX.  
iterum Apoft.  
Camera addi-  
xit.

Et sub Con-  
stitutione Pii  
Papa V. de  
Bonis ecclesi-  
asticis non alie-  
nandis iussit  
comprehendi.

Jurisdictione existentia, quoad temporalem  
Jurisdictionem, proprietatem, dominium,  
& superioritatem una cum eorumdem in-  
troitibus, redditibus, ac emolumentis: ex  
dicta Jurisdictione provenientibus in suo  
Consistorio secreto de Venerabilium Fra-  
trum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-  
dinalium consilio, & assensu, ac de sua  
apostolicæ potestatis plenitudine a dictis  
Monasteriis perpetuo separavit, ac Sedi, &  
Camera Apostolicæ applicavit, & approp-  
riavit, prout in Decreto Consistoriali ejus-  
dem Sixti Prædecessoris, ac Literis Apo-  
stolicis desuper expeditis, plenius conti-  
netur.

§.2. Cujus quidem Decreti, ac dictarum  
literarum vigore, realis, & corporalis  
possessio Terrarum, & Castrorum prædicto-  
rum, ac eorum temporali Jurisdictionis  
cum omnibus annexis per tunc Camera  
prædictæ Commissarium, seu ejus substitu-  
tum nomine Sedis, & Camera prædictarum  
capta, juramentum debitum fidelitatis a  
Vassallis Terrarum, & Castrorum prædi-  
ctorum receptum, Officiales, & jus dicen-  
tes ad regimen, & temporalem Jurisdic-  
tionem in illis exercendam deputati per plures  
menses fuerunt;

§.3. Subinde autem rec. mem. Grego-  
rius Papa XIV. etiam Prædecessor noster ea-  
rundem Sixti Prædecessoris literarum re-  
vocationem, & redintegrationem quam-  
dam de Jurisdictione, ac dominio prædictis  
Monasteriis, & eorum Commendariis ex-  
tra Consistorium fecit;

§.4. Postea autem similis memoriæ In-  
nocentius Papa IX. similiter Prædecessor nos-  
ter die 5. Decembris 1591. motu proprio,  
& ex certa scientia sua, ac de apostolicæ  
potestatis plenitudine, & etiam de Vener-  
abilium Fratrum suorum Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu  
Terrarum, & Castrorum prædictorum tem-  
porali Jurisdictionis, domini, & superio-  
ritatis cum illius emolumentis, & annexis,  
prout in eisdem Sixti Prædecessoris decre-  
to, ac literis continetur, a dictis Monaste-  
riis separationem, ac Sedi, & Camera præ-  
dictæ applicationem, & appropriationem  
apostolicæ auctoritate approbavit, confir-  
mavit, renovavit, & quatenus opus esset,  
de novo fecit, & decrevit.

§.5. Nec non quandam etiam eisdem  
Sixti Prædecessoris extra Consistorium post  
primodictas suas literas emanatam declara-  
tionem, seu restitutionem super jure co-  
gnoscendi causas appellationum, & recur-  
sum ad favorem dictorum Monasteriorum  
factam sub dat. Kalend. Augusti 1589. Pon-  
tificatus vero sui Anno Quinto, ac ipsam  
Gregorii XIV. Prædecessoris prædicti re-  
vocationem, & redintegrationem de me-  
dio subtulit, ac prorsus abrogavit; Terræ-  
que, seu Castra prædicta cum illorum tem-  
porali Jurisdictione prædicta immediate Se-  
di, & Camera prædictæ perpetuo applica-  
vit, & appropriavit, ac eisdem ita perpe-  
tuo esse incorporata decrevit, ut omnino  
comprehensa essent, & esse intelligerentur

sub prohibitione alienationis, & aliorum in  
Constitutione similis memoriæ Pii Papa V.  
similiter Prædecessoris nostri contentorum,  
perinde, ac cætera Castra, & Loca sub im-  
mediato Sedi prædictæ dominio, & juris-  
dictione existentia, & aliàs, prout in diver-  
sis Gregorii XIV., & Innocentii IX. Præde-  
cessorum prædictorum expeditis literis, qua-  
rum omnium tenores præsentibus pro ple-  
ne, & sufficienter expressis haberi volumus,  
plenius similiter continetur.

§.6. Nunc autem Nos Terrarum, seu  
Castrorum prædictorum decori, & prospere  
statui, atque regimini, quantum Nobis  
ex alto conceditur, per amplius consulere  
volentes, Motu etiam proprio, non ad ali-  
cujus Nobis super hoc oblata petitionis ins-  
tantiam, sed ex certa scientia, ac matura  
deliberatione nostris, deque apostolicæ po-  
testatis plenitudine, Terras, seu Castra,  
prædicta, ac dilectos filios Universitates, &  
Homines nunc, & pro tempore in illis, ac  
illorum districtibus, & Comitatus existen-  
tes, & habitantes, in Gubernium perpe-  
tuum pro uno Cubernatore ad nostrum, &  
Romani Pontificis pro tempore existentis  
nutum ponendo, & amovendo, qui in utra-  
que, vel altera Signatura nostra Referenda-  
rius, aut noster, & Sedi prædictæ Nota-  
rius, seu alterius Prælatiurae titulo insigni-  
tus existat, ac omnimodam Jurisdictionem  
in omnibus, & singulis causis civilibus, &  
criminalibus, ac meris, & mixtis dictorum  
Universitatum, & Hominum Terrarum,  
seu Castrorum hujusmodi plene, & libere  
habeat, & exerceat: salva tamen Venera-  
bilibus Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Cardinalium consultationibus, &  
negotii Status nostri ecclesiastici præposito-  
rum pro tempore existentium superintende-  
ntia, ac superioritate, & cognitione su-  
per Annona, & rebus illam concernentibus,  
persequutione, & punitione Bannitorum,  
& delictorum læsæ Majestatis, & rebelli-  
onis, ac falsæ monete, nec non assassinii,  
& pacis violatorum, ac vindictarum tran-  
versalium, & latronum, ac viarum grassa-  
torum, homicidiorumque appenfate com-  
missorum, qui etiam Gubernator in casibus  
gravibus, qui occurrerent, & necessario in-  
digerent aliqua subitanea, & prompta pro-  
visione pro tollendis, & removendis scan-  
dalis, possit juxta datam sibi a Domino pru-  
dentiam salubriter, & congrue providere,  
cum hoc, ut in mantentione, & seu pro-  
visione dicti Gubernatoris seuta quadraginta  
mensura moneta Romanæ, quæ distribui  
debeant in singulos menses pro rata Guber-  
natori pro tempore existenti in fine cuiuslibet  
mensis ex redditibus, & proventus  
dictarum Universitatum, & Hominum, qui  
solutis Cameralibus, ac aliis oneribus, &  
expensis pro communi eorum utilitate, seu  
necessitate supportari solitis, & consuetis,  
superfunt, & remanent, aliàs ex eorum, &  
cujusque ipsorum Hominum, Terrarum,  
seu Castrorum prædictorum introitibus, &  
redditibus pro rata tamen, & portione  
numquamque tangente juxta vires suas  
reali-

Urbanus in  
Gubernium  
erigit sub re-  
gimine Gubet-  
natoris a Ro-  
man. Pontifi-  
ce eligendi.

1623. Presbyteri Congregationis Oratorii Francie. Sic.

§.3. Superioribus vero annis Congregatio Presbyterorum hujusmodi in honorem orationum, quas in diebus carnis sue fudit ad gloriam Dei Patris, & sanctificationem animarum apostolica auctoritate erecta, & instituta fuit, & Presbyteri dictae Congregationis, quorum principale institutum est, singulas actiones Ordini Sacerdotali convenientes, & essentielles amplecti, assiduis verbi Dei praedicationibus, & spiritualibus exhortationibus, orationibus, aliisque piis exercitiis, quibus jugiter vacant, magna probitatis, & devotionis fama in dies efflorescere, ac in excolenda, ac purganda vinea Domini fructus uberes in plerisque Regni Francie locis producere dignoscuntur, ac Domus dictae Congregationis Parisien. redditibus annuis admodum exiguis dotata existit, iique ad supportationem onerum dictae Domus incumbendum, & expensarum pro adimplendis ipsorum Presbyterorum piis operibus, & spiritualibus exercitiis continuo faciendis minime sufficiunt, & ad provisionem eorum labores, & progressus adjuvandos opere pretium esse de ampliori opportuna subventionis auxilio providere.

Sic petunt uniri Congregationi.

§.4. Et sicut eadem subijungebat petitio, si dictum Monasterium eidem Domui pro ejus reddituum augmento per Nos, & Sedem Apostolicam perpetuo, ut infra, uniretur, & incorporaretur, ex hoc profecto non solum Presbyteri dictae Congregationis in continuis laboribus per eos pro fidei Catholicae propagatione, & a recto illius tramite aberrantium reductione perferri solitis facilius, & commodius perseverarent, eorum tamen bonorum, & jurium Ecclesiasticorum dicti Monasterii conservationi, opportuna admodum ratione consideretur. Quare pro parte Petri Generalis, & Presbyterorum praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis, ut infra, opportuna providere de benignitate apostolica dignaremur.

Urbanus Papa Xandonen. officiali committitur veritatem inquirat.

§.5. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, statuimus, & ordinavimus, quod petentes Beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum communem estimationem tam Beneficii uniendo, quam illius, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, quodque semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis interesse habentibus, eosdem Petrum Generalem, & Presbyteros asserentes praedictum Ludovicum aliunde commode vivere valere, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, verumque, & ultimum dicti Monasterii vacationis modum, etiam si ex illo quavis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, praesentibus

pro expresso habentes, hujusmodi, ac clarissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum, & Navarrae Regis Christianissimi Nobis desuper porrectis supplicationibus inclinati, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus de praemissis omnibus, & singulis, eorumque circumstantiis univervis inquiras, auctoritate nostra, diligentis veritatem.

§.6. Et si per Inquisitionem eandem ita esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, Monasterium praedictum, quod cura caret, & de quo consistorialiter disponi non consuevit, ac cujus fructus, redditus, & proventus xx. iv. dicat, auti de Camera secundum communem estimationem val. an., ut Petrus Generalis, & Presbyteri praedicti asserunt, non excedunt, quando, & ex cujuscumque persona, seu per liberam cessionem cujusvis de regimine, & administratione praedictis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte facta, aut Constitutionem fel. rec. Joannis XXII. Praedecessoris nostri, quae incipit: Execrabilis, vel assequutionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati Commenda ipsa cessante vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus provisio juxta Lateranen. statuta Concilii, aut alias canonicas sanctiones ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat, & illa ex quavis causa ad Sedem eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & ad illud consueverit quis per electionem assumi, eique cura Jurisdictionalis tantum imminet animarum, ac super eisdem regimine, & administratione inter aliquos lis, seu illorum possessio, vel quasi molestia, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa cum annexis hujusmodi, ac iuribus, & pertinentiis suis univervis dictae domui: Ita, quod liceat Generali, & Superiori Domus, & Presbyteris Congregationis praedictorum nunc, & pro tempore existentibus corporalem, realem, & actualem Monasterii, illiusque regiminis, & administrationis, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum praedictorum tam ad Abbatialem, quam ad Conventualem illius mensas quomodolibet spectantium possessionem per se, vel alium, seu alios eorum, ac dictae Domus nomine propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, ac jura, obventiones, & emolumenta quaecumque recipere, exigere, levare, recuperare, locareque, & arrendare, ac in communes eorum, & dictae Domus usus, & utilitatem convertere, Dioecessani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, dilectorum filiorum Nicolai, & Caroli Boucheau, & Dionysii Largentia Cisterciens. dicti Ordinis capitis, & a quo dictum Monasterium de Castellariis dependere, & Pontignaco, & Clarevallis praedicti Ordinis Cabilonen., & Antiffiodorens., ac Lingonen. respective Dioecesis Monasteriorum respective Abbatum adhuc expresso

Verisq; existentibus naris illud domui Parisien. d. Congregationis Oratorii apostolica auctoritate uniat.

Quam unionem ratam habet solitisq; clausulis firmat.

accedente consensu, auctoritate nostra perpetuo unias, annectas, & incorpores.

§.7. Nos unionem, annexionem, & incorporationem praedictas, si per te vigore praesentium fieri contigerit, ut praefertur, & eandem praesentes nullo umquam tempore ex eo, quod quicumque in praemissis interesse forsitan habentes illis non consenserint, nec ad ea vocati fuerint, seu alio quocumque praetextu de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrarum, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, aut controversiam vocari, vel ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari posse: neque sub ulla similia, vel dissimilia gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Generalem, & Superiorem, ac Presbyteros dictae Domus, & Congregationis pro tempore existentes, quandocumque eligenda concessas, ac validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Ac sic per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictaque Sedis Nuncios judicari, & definituri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Contraria tollit.

§.8. Non obstantibus prioribus voluntate, statuto, & ordinationibus nostris hujusmodi, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permixtis fieri, ac Beneficia unias, Beneficiis, seu locis alterius Dioecesis uniri prohibentis, & pia mem. Bonifacii Papae Octavi etiam Praedecessoris nostri, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, ac Synodalibus, univerialibusque Conciliis editis, & edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, ac Monasterii primodicti, & Ordinis, ac Domus, & Congregationis hujusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, contrariis quibuscumque. Aut si dilectis filiis Vassallis, & aliis subditis ejusdem Monasterii communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Onerum Monasterio annexorum satisfactio, consilic.

§.9. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem praedictas, si illas per te vigore praesentiarum fieri contigerit, ut praefertur, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

primodictum Monasterium in spiritualibus non ledatur, & in temporalibus detrimenta non sustineat, sed ejus congrue supportentur onera consueta.

§.10. Insuper etiam volumus, atque statuimus, & ordinamus, quod moderni, & pro tempore existentes Domus, & Congregationis hujusmodi Superiores ex fructibus, redditibus, & proventibus primodicti Monasterii pensionem annuam, & perpetuam mille, & sexcentarum librarum Turonen. monetae in Regno Francie currentis in vietum, & vestitum, aliasque necessitates sex Monachorum d. Ordinis, quatuor in Presbyteratus ordine constitutorum, & duorum Theologiae, aliisque literarum studiis incumbendum, duorum videlicet per Nicolaum, & quatuor per Carolum Abbates praedictos, & ejus successores pro tempore existentes nominandorum, & deputandorum convertendam modernis, & pro tempore existentibus Provivori, & Procuratori Collegii Sancti Bernardi Parisien. ejusdem Ordinis annis singulis unica solutione, videlicet in festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Parisiis perpetuo persolvere teneantur: alias unio, annexio, & incorporatio hujusmodi eo ipso perpetuo dissoluta esse censentur, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Pensionem autem perpetua 1600. lib. imponit Collegio S. Bernardi Parisien. persolvendam.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimotertio, septimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 25. Septem. 1623. An. I.

VI.

Confirmatio Constitutionis Pii Quinti, & ejus Successorum de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, Terris, & Locis Sanctae Romanae Ecclesiae.

Pii V. Constit. LIII. vide Tom. IV. Par. II. fol. 364. Gregorii XIII. Constit. V. Tom. IV. Par. III. fol. 233. Sixti V. Constit. XXXVI. Tom. IV. Par. III. fol. 192. aliasque suo loco.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus ministerii cura, & quam altitudo divitiarum sapientiae, & scientiae Dei humilitatem nostram, nullo licet meritorum suffragio, gerere voluit, jugiter Nos admonet, ut in iis praecipuam Apostolicae servitutis sollicitudinem adhibeamus, per qua temporalis S. R. E. ditio- nis conservationi consulitur: atque ideo Nos, qua a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris provide sancita fuerunt, ea non solum ipsi inviolate hanc ob causam

Procurium.

Claufula pro praesentia litterarum firmitate.

realiter, & cum effectu perfolvantur, tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus.

§.7. Praesentes vero literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam, & terminos juris reduci, vel in jus, & controversiam vocari, aut aduersus eas quodcumque juris, & facti, vel iustitiae, aut gratiae remedium, intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sed eas aduersus quascumque impugnaciones validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inuolabiliter observari debere, ac illas ad plenam hic narratorum probationem sufficere, nec ad id alicujus alterius probationis administrum requiri; Sicque ab omnibus, & singulis censei, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desiniri debere, irritumque, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum

§.8. Non obstantibus pie memoriae Pij Papae IV. similiter Praedecessoris nostri de gratis Camera Apostolica interesse quomodolibet concernentibus in eadem Camera infra certum inibi expressum tempus praesentandis, & registrandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non legibus etiam municipalibus, novis reformationibus, ac statutis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indulgitiis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & de apostolica potestate plenitudine similibus, & etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet factis, concessis, & confirmatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & specifica mentio habenda esset, illis aliis in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuifim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat. die 30. Sept. 1623. An. I.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

VIII.  
Confirmatio translationis hereditatis Joannis Pizzullis e Conventu S. Andreae de Frattis de Urbe Ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula, ad Conuentum, & Collegium ejusdem Ordinis in Regione Montium.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio nostro in Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritualibus generali, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX injuncto Nobis desuper apostolica feruitutis officio his, qua pro religiosorum quorumlibet, praesentium iuventuti religionem ingredi, ad litterarum humanarum, & divinarum studiis incumbere animam habenti destinatum commoditati, & feliciore directione praevio superiorum examinatione, ac alias provide facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant libenter, cum a Nobis petitur, etiam voluntates testantium, ac bona sua ad id erogantia nominumque commutando apostolica mandamus adiaci munim firmitatem.

§.1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Jo: Baptista a Sancta Agatha, & Francisci de Spezzanno, ac Dionysii de Paula, & Vincentii de Cusentia, necnon Laurentii etiam de Spezzanno, ac Michaelis a Regina, & Pauli de Rovita, ac Joannis etiam a Regina, & Antonii de Morano Ordinis Minorum nuncupatorum Fratrum Ordinis S. Francisci de Paula expresse professorum petitio continebat, quod cum alias tunc in humanis agens Joannes Pizzullus presbyter ex oppido Bisagnanen. Dioecesis oriundus Almae Urbis incolae, & Civis, dum vixit effectus, volens de bonis sibi a Deo collatis vita adhuc sibi commite pie disponere, perpetuumque suae erga Sanctum Franciscum de Paula singularissimae devotionis monumentum relinquere, in suo ultimo quod condidit, & sub cujus dispositione decessit ab humanis testamentamento in omnibus, & singulis bonis suis mobilibus, & immobilibus, ac semoventibus, juribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque praesentibus, & futuris, ac quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ubicumque existentibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, heredes suos universales dilectos filios Fratres domus regularis S. Andreae de Frattis nuncupatae de Urbe ejusdem Ordinis.

§.2. Ea tamen lege, & conditione, ut ad minimum summa sex millium scutorum monetae in emptionem cuiusdam siti, seu fundi, aut praedii in Urbe praedicta pro eos impenderetur, Ecclesiaeque in illo, seu illa sub invocatione Sancti Francisci de Paula una cum Hospitio, seu Collegio in quo Fratres dicti Ordinis Nationis Citerioris Calabriae studiorum gratia recipi, & admitti possent.

§.3. Ac omnibus ad victum, & studiorum

Exortium.

Joannes Pizzullus instituit heredes Fratres Conventus S. Andreae de Frattis.

Injuncto onere erigendi Collegii pro Calabriae.

Etque sustentandi.

Constituto ad hoc necessario censu.

Quem alienari prohibuit.

Et ex fructibus de hereditate tot Fratres Theologos studentes juxta redditum quantitatem sustentari voluit.

Ipse Testator vivens emisit Palatium in Regione Montium, illud pro ed. Fratris irrevocabiliter donavit.

Cum onere ut debet reddi ad usum Collegii &c.

In quo memento Fratres hic nominati.

rum suorum prosecutionem necessariis, & opportunis ex reliquis dictae hereditatis bonis, & facultatibus commode instrui deberent, extrueretur, & edificaretur.

§.4. Necnon proprietas hereditatis hujusmodi in censuum annuorum, aut bonorum stabilitum tutorum, & securorum, sive etiam locorum montium non vacabilium emptionem ad electionem Patris Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis, aut ejus Vicarii, & cu consentu suorum executorum testamentariorum, saltem majoris partis illorum investiretur.

§.5. Et sic investita perpetuo, absque aliqua bonorum sic emptorum hujusmodi in toto, vel in parte alienatione, conservaretur.

§.6. Ex fructibusque exinde provenientibus tot Fratres studentes Ordinis praedicti, qui praecipue sacrae Theologiae studio incumbere deberent, juxta fructuum, & reddituum hujusmodi quantitatem proportionabiliter alerentur, & manutenerentur, & sub aliis certis conditionibus licitis, & honestis vinculis, & oneribus tunc expressis institueretur.

§.7. Ac deinde volens ipse testator, & dum adhuc vita fruere, pro tutiori, & certiori proposito sui hujusmodi complemento manuum operi per se ipsum adhibere, quoddam Palatium Romae in Regione Montium, & Platea S. Petri ad Vincula situm pro ipsum a dilecto filio nobili viro Joanne Georgio Caesario Duce emptum, una cum mansionibus, ac etiam spheristerio, seu ludo pile, aliisque stantibus posterioribus eidem Palatio propinquis, necnon cum viridariis, membris, & pertinentiis illius universis, exceptis tamen quodam parvo viridario sito in calce Montis ejusdem S. Petri ad Vincula, & Caesario contiguo ad usum caprarum hodie destinato, duabusque aliis stantibus terranis etiam contiguis, cum stabulis existentibus in via S. Pantaleonis, dilecto etiam filio Laurentio Boniscontro per ipsum testatorem irrevocabiliter donatis, dicto Ordini, & pro eo Joan. Baptista, & Francisco Fratris professis praedictis ad effectum inibi Ecclesiam, & Collegium hujusmodi construendi, amore Dei, & ob singularem suam erga ipsum Sanctum Franciscum de Paula, illiusque Ordinem praedictum observantiam, & devotionem, ac pro praedictae suae voluntatis executione irrevocabiliter, & inter vivos perpetuo donasset.

§.8. Cum onere, & pacto inter cetera, quod dictum Palatium etiam ipso donatore vivente reddi, & destinari deberet ad usum Collegii, seu Monasterii pro condecenti mansionem, studio, & habitatione Fratrum ejusdem Ordinis Theologiae studiis operam dantium Nationis citerioris Calabriae hujusmodi.

§.9. Et in ipso Collegio, seu monasterio semper commorari possent, & debeant Joannes Baptista, & Franciscus, necnon Dionysius, & Vincentius praesentes, omnesque alii Fratres ejusdem Ordinis ex dicto oppido Reginae orti, & oriundi respective,

donec, & quousque viverent, sub poena nullitatis, & revocationis dictae donationis, ac poenis, & caducitatibus in dicto testamento contentis, in reliquis vero modo, & forma, ac sub eisdem conditionibus, vinculis, oneribus, & caducitatibus in eodem testamento expressis, prout in publicis desuper respective confectis instrumentis plenius dicitur contineri.

§.10. Et consequenter idem donator, & testator respective Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, & Vincentium praedictos, necnon Laurentium a Spezzanno, ac Michaellem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium praedictos, dictaeque suae patriae, ac citerioris Calabriae hujusmodi oriundos in actualem, & corporalem possessionem dicti Palatii, viridariorumque, & pertinentiarum praedictarum introduxisset.

§.11. Ipsique sic introducti per modum provisionis, ac superiorum auctoritate templum, vel Cappellam, seu Oratorium sub invocatione ejusdem Sancti Francisci in certa parte ejusdem Palatii aperuissent, & clausuram conventus appellassent, ordinationem ipsius donationis successive exactius ad effectum perducturi.

§.12. Atque interea testator praedictus, sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus, Fratres dicti Domus S. Andreae heredes, ut praemittitur, instituti, mature considerantes praedictum testatorem Nationis suae Religiosos ex dicto eorum Ordine existentes Ecclesia, Collegioque, seu Monasterio hujusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum usum, & utilitatem destinasse, & consequenter onera diversa sic, & bonorum administrationem eis demandare in mente forsitan habuisse, praedictumque Joannem Baptistam dicti Collegii Vicarium deputatum, & pro tempore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictae hereditatis administratores, eosque, qui dicti testatoris voluntatem, & ordinationem melius, & efficacius ad usum observent, & observari faciant, fore perspicientes; de dilectorum filiorum moderni Generalis, illiusque Collegiarum assensu, ac cum interventu, & praesentia tam dictorum Collegiarum, quam etiam dilecti filii Hippolyti tituli Sanctae Mariae Navae Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati dicti Ordinis Protectoris, sive ejus Auditoris, ac sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito acceptatam per eosdem dicti testatoris hereditatem, omneque commodum, & incommodum illius, nec non sua, & dictae Domus Sancti Andreae jura, & actiones quaecumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, & competentia, ac competitura cum omnibus, & singulis vinculis, oneribus, & honoribus, pactis, conditionibus, & poenis in dicto testamento contentis, & Joannem Baptistam Vicarium praedictum praesentem, ac pro se, & successoribus suis, dicto Collegio, & Monasterio, illiusque Religiosis acceptantem, & pro tempore futurum dicti Collegii, seu Mona-

Eosque in possessionem induxit.

Qui Testatoris mentem exequi curavit.

Fr. Conventus S. Andreae nationem Fratris Calabriae cedunt.

Monasterii Superiorem, ac illius Collegiales, five Religiosos pro tempore existentes transfulerunt, eisq; cesserunt, & mandarunt, constituentes propterea eisdem Joannem Baptistam, & futuros dicti Collegii, seu Monasterii Superiores, ac Collegiales, five Religiosos veros, & proprios Administratores, Procuratores Generales, Gestores, & Agentes totius dictae hereditatis, cum facultate, & auctoritate illam regendi, & gubernandi, regique, gubernari, administrari faciendi, ac Conventum, Ecclesiam, & Monasterium erigendi, & fabricandi, aliaque omnia, & singula faciendi, & adimplendi, ad quae ex dispositione testamenti, & donationis praedictorum quomodolibet tenebuntur, & alias, prout in alio publico desuper confecto instrumento, similiter dicitur contineri.

Est res dicti Collegii Pontificiam praedictorum confirmationem petunt.

§.13. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, firmiora sint ea, quae a Sede praedicta approbantur, & confirmantur: pro parte Joannis Baptistae, & Francisci, ac Dionysii, & Vincentii, nec non Laurentii de Spezzanno, ac Michaelis, & Pauli, ac Joannis, & Antonii praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus translationem, & concessionem, ac mandatum hujusmodi nostro, & Sedis praedictae munimine roborare, aliasque eis in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Urbanus mandat Card. Vicario, ut omnia apostolica auctoritate approbet, & confirmet.

§.14. Nos igitur certam de praemissis notitiam non habentes: ipsosque Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, & Vincentium, necnon Laurentium de Spezzanno, Michaellem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium praedictos, ac eorum, quomolibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon instrumenti, ac singulorum testamentorum tenores, etiam veriores, ac data praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati circumspeditioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, translationem, & cessionem, ac ultimo dictum mandatum hujusmodi, necnon instrumentum desuper, ut praemittitur, confectum, & tam praemissa, quam alia omnia, & singula licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, maximeque Sacri Concilii Tridentini decretis non contraria, in illo contenta, cum omnibus, & singulis inde legitime sequentibus, & sequendis, apostolica auctoritate perpetuo approbes, & confirmes, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias.

Suppletque defectus.

§.15. Ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, etiam solemnitate de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, & necessariorum, ac quovis

alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interveniant, in eisdem suppleas.

Eaque omnia ab eis ad quos spectat observari faciat.

§.16. Necnon translationem, cessionem, & mandatum hujusmodi perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tam a Fratribus dictae Domus Sancti Andreae, quam a Generali, & Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis, aliisque universis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum, perpetuo firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, ab illisque, & ultimo dicto instrumento desuper confecto, nullo unquam tempore quovis praetextu, colore, vel ingenio resciliri, vel recedi posse.

Clausula irritantes.

§.17. Sicutque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas.

Derogatio contrationum.

§.18. Non obstantibus testatoris voluntate, quam quoad praemissa, quatenus opus sit, illa aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse commutamus, aliisque praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Domus Sancti Andreae, ipsiusque Ordinis, quatenus in aliquo obstant, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 18. Octobris 1623. An.I.

Datum Romae apud S. Mariam Majorum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimotertio, decimo quinto Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno I.

IX.

Regulae, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariae Apostolicae.

Sanctissimus in Christo Pater, & D.N.D. Urbanus divina providentia Papa VIII. suorum Praedecessorum vestigiis inhaerendo normam, & ordinem gerendis dare volens, in crastinum suae assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die 7. mensis Augusti, Anno ab Incarnatione Domini 1623. reservationes, constitutiones, & regulas infra scriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaso Praebyter Cardinalis Ludovicus S. R. E. Vicecancellarius, die 21. mensis Octobris dicti Anni in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reservationes generales, & speciales.

1. In primis fecit easdem reservationes, quae in Constitutione fel. rec. Benedicti Papae

Papae XII. quae incipit: Ad regimen: continentur, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiam si Officiales ante obitum eorum esse deserint, quoad beneficia, quae tempore, quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus, beneficia, quae dictae Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum hujusmodi ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, & quoadcumque assequuti fuerint, sub hujusmodi reservationibus comprehendere. Ac reservavit beneficia, quae per Constitutionem pia memoriae Joannis Papae XXII. quae incipit: Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit: quam Constitutionem, & reservationem Sanctitatis Suae tam ad Beneficia obtenta, quam alia quaecumque, de quibus Ordinarii, & alii Collatores, contra Concilii Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum, extendit, & ampliavit. Et ea etiam beneficia omnia dispositioni suae reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores, contra ejusdem Concilii decretorum formam dispositum fuerit.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatum, & vacaturorum beneficiorum.

2. Item reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria vitorum valorem annum ducentorum florenorum auri communi aestimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, & imposterum vacatura, & voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimat. Ac etiam reservavit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, praesentationem, & electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, & collatricum, secularium, & regularium, quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius praesentationem, vel electionem, pertinentia) quae post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, vel privationem, seu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, ad eandem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum.

Extensio reservationis Beneficiorum per affectionem pacificam vacaturorum.

3. Item, qui de beneficiis ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi, seu providendi, ante illorum assequutionem alia cum eisdem incom-

patibilia beneficia ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis suae resignarent, seu dimitterent, voluit, decrevit, & declaravit, quod si imposterum, quibusvis personis de aliquibus beneficiis ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis, per Sanctitatem Suam, aut ejus auctoritate provideri; ipsosque provisos, seu providendos, intra vacationis, & provisionis, seu assequutionis eorum beneficiorum tempora, quaecumque alia cum illis incompatibilia beneficia ecclesiastica secularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam hospitalium regularia per eos tunc obtenta, nulla specialis, & expressa de eisdem in provisionibus praedictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, five in Sanctitatis Suae, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictae Sedis, five Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit: omnes, & singula concessionem, collationem, provisionem, & quavis alia dispositionem de beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cendendis, pro tempore faciendae, cum inde sequentibus quibuscumque, castae, & irritae, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur: sed beneficia, & jura, ut praesertur, resignata, dimissa, & cessa, eo ipso vacant, & vacare, ac sub reservatione praedicta, quam Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehendenda censentur: ita quod de illis per alium, quam eandem Sanctitatem Suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assequutionem beneficiorum aliorum hujusmodi verum, & realiter vacavissent. Decernens irritum, &c. attentari.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium familiarium, beneficiorum.

4. Item reservavit generaliter dispositioni suae omnes dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valorem decem florenorum auri communi aestimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis. Reservavit etiam Prioratus, Praeposituras, Praeposituras, ac alias dignitates conventuales, & Praepositorias generales Ordinum quorumcumque (sed non militarium) ac quaecumque beneficia, quae sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S. R. E. viventium nunc, & quierunt suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales obtinent, & imposterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quae jus ejus competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias recesserint. Declarans, dignitates, quae in Cathedralibus

theatralibus etiam Metropolitanis post Pontificales majores existunt, & quæ ex Apostolica Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliis quovis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur, sub reservatione prædicta comprehendendi debere.

*Reservatio beneficiorum Collectorum,  
& Subcollectorum.*

5. Item reservavit generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & unicum in quacunque civitate, vel diocesi, qui suo tempore officia exercuerint; Subcollectorum fructuum, & proventuum Camera Apostolica debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & quibus, seu ad quæ jus eis compete bat.

*Reservatio beneficiorum Curialium, dum  
Curia transfertur.*

6. Item reservavit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit in quovis loco quantumcumque etiam a dicta Curia remoto.

*Reservatio beneficiorum Cubiculariorum,  
& Curiorum.*

7. Item reservavit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, etiam Honoris nuncupatorum, ac Curiorum suorum. Declarans, in Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & regulis reservatoriis beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios Honoris nuncupatos etiam a die earum editionis, & publicatio nis intelligi, & comprehendendi, & comprehensos fuisse, & esse. Irritumque, &c. attentari decernens.

*Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Jo:  
Lateranen., & S. Petri, ac B. Mariæ  
Majoris de Urbe, & beneficiorum  
suisurorum Cardinalium a Curia  
absentium.*

8. Item reservavit dispositioni suæ generaliter quoscumque canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in S. Joannis Lateranen., & Principis Apostolorum, ac B. Mariæ Majoris de Urbe Ecclesiis, necnon ad collationem, provisionem, & præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium a Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titularum, & Diaconiarum spectantia, quandiu absentia sua duraverit, canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cate- raque beneficia Ecclesiastica cum cura, &

sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Urbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, & Diocesisbus dictorum Episcopatum consistentia. Ac decrevit irritum &c.

*Reservatio mensum Apostolicorum,  
& Alternativa pro Episcopis  
residentium.*

9. Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia, in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, aliis quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatricum, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant, acceptatis, & observatis, quæ ledere non intendit, comprehensorum quomodolibet pertinentia dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio sicut de mense, in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines etiam immemorabiles optandi majores, & pinguiore præbendas, necnon privilegia, etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi beneficiis, aut quod illa sub hujusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum personis, & Collegiis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, adversus reservationem hujusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas S. R. E. ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsi quamdiu apud Ecclesias, aut dioceses suas vere, ac personaliter resederint dumtaxat, de omnibus, & quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliis pertinentibus) quæ in antea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo aliis dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris, vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit,) seu etiam aliorum dispositioni, suæ, & dictæ Sedi aliis quomodolibet reservatorum, vel affectatorum, sese intromiserint, aut quominus provisiones, & gratiæ Sanctitatis S. R. E. illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præsterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, & alia dispositiones de beneficiis, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternativam prædictam acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes literas manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civitate, vel diocesi datas, declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis S. R. E. transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea uti incipiant gratia supradicta. Decernens, sic in præmissis omnibus per quoscumque, &c. judicari debere, ac irritum, &c.

10. Item voluit idem D. N. Papa, quod concessa per felic. rec. Paulum V., & Gregor. XV. Prædecessores suos, & de eorum mandato, expediantur in forma rationi congruit, a die Assumptionis suæ ad summi Apostolatus apicem. Et idem quoad concessa per pie mem. Leonem XI. etiam Prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat, ab ipso die Assumptionis incipiendos observari voluit.

*De literis in forma Rationi congruit  
expediendis.*

11. Item declaravit, omnium, & singularum Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum provisiones, quas prædicti Prædecessores sui, ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti Prædecessores etiam prædicta dispositioni, cum interpositione decreti reservaverant, (quæ quidem Ecclesiæ, Monasteria, necnon sic reservata beneficia, tempore obitus eorumdem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria hujusmodi, si commendata, vel ei administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, & remanere per hujusmodi reservationem, & decretum, affecta, nullamque de illis, præter Romanum Pontificem, ex vice se intromittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquomodo. Decernens irritum, & inane, si secus super illis attentatum forsitan erat tunc, vel imposterum contingeret attentari.

*De literis in forma Rationi congruit  
expediendis.*

12. Item prædictus D. N. omnes, & singulas, ab ipsis Paulo V., & Gregorio XV. Rom. Pontif. Prædecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas gratiæ, vel iustitiæ literas, temporibus debitis eorum executoribus, seu iudicibus non præsentatas, omnino revalidavit, & in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quo ad hoc plenarie restituit, ac decrevit, per executores, seu iudices prædictos, vel ab eis subdelegandos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, & debere, juxta illarum formam.

*Revalidatio literarum Prædecessoris gratiæ,  
& iustitiæ infra annum concessarum.*

13. Item, rationabilibus suadentibus causis, ipse D. N. omnes uniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, & dismembrationes, etiam perpetuas, de quibusvis Cathedralibus, necnon aliis Ecclesiis, eorumve domibus, prædiis, & locis, per cessum, vel decessum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, qualicumque fuerint, invicem, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, & Mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, ac piis, & aliis locis, universitatibus, etiam studiorum generalium, & Collegiis etiam in in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis per eos obtentis, quomodolibet, Apostolica, vel alia quavis (non tamen Concilii Tridentini) auctoritate, necnon pro fundatione, seu donatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, institutorum factas, quæ suum non sint fortite effectum, ac quæcumque concessionem, & mandata super unionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmissis faciendis, revocavit, cassavit, & irritavit, nulliusque decrevit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adiectiones, aut decreta, quæ Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusvis Apostolicis, etiam quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanarunt literis, etiam in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsitum fore quomodolibet contenta adversus revocationem, & irritationem hujusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

*Revocatio unionis.*

14. Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatibus, & personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac fructuum, & proventuum Camera Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando

*Revocatio facultatum quibusvis concessarum.*

14. Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatibus, & personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac fructuum, & proventuum Camera Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando